

Orationes cujusdam P.^{ri} Missionarij manuales
ad impetrandum altissimi Dei auxilium
ejusque Mariæ S.^{me} Virginis Mariæ patrocinium, et favorem.

Oratio ad D. N. Iesum Christum.

Domino Iesu Christo Verbum Patris, qui de Cælis ad terram descendisti peccatores querere, et salvos facere. da mihi indigno servulo tuo ingenium, memoriam, sermonem, amorem, ut Fidelibus tuis Fratribus meis nuntiare valeam gloriam tuam. Ecce enim non meis meritis, sed tua piissima dignatione me elegisti de mundo, ut afferam fructum vineæ tuæ electæ, ut doceam iniquos vias tuas, ut impii ad te convertantur. Taceo Clemensissime Domine, quod non sum dignus vocari Apostolus, quoniam aliquando seductus à spulso seducebam plurimos. Tu vero amabilis, et benedictus Deus, qui secundum prophetarum voluntatem signasti de homine publicano fidelium Evangelium, et de Persecutore olim spirante minarum, et cecidi in discipulo tuo, vix electionis tibi elegisti, ut portaret nomen sanctum tuum in omnes gentes. Tu qui puerum Jeremiam neicientem loqui misisti ad exa sperantem domum Israel, et balbutientem Moysen direxisti in Ægyptum ad Pharaonem, ut adduceret populum tuum filios Israel in brachio forti. Tu qui linguas infantium facis disertas, et das Verbum Evangelizantibus virtute multas. Tu, qui discessit ore tuo sancto, et benedicto. Ego dabo Vobis, et sapientiam, cui non poterunt resistere, et contradicere omnes adversarii vestri: non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Sanctus, qui loquitur in Vobis. Emitte de Cælo Spiritum sanctum tuum, qui inflammet cor meum, ut eructet eloquium tuum vehementer ignitum, ut emundet labia mea, ut dignè et competenter proferant Magnalia de lege tuæ. Ne respicias benignissime Deus peccata mea, quibus iram promerui, neq. attendas iniquitatem, et Vanitatem Cordis mei, sed respice fidem Ecclesiarum, et salva animas earum, quæ pretioso sanguine redemptæ sũt. Amen.

Oratio ad Beatissimam Virginem Mariam.

Domino mee sanctæ Mariæ me in tuam benedictam fidem, et singularem custodiam, et in sinum misericordie tue, Educ, et quodvis, et in hora obitus mei animam meam, et Corpus meum tibi commendo, omnem spem meam, et consolationem meam omnine angustias, et miseria mea, gratiam vocationis, et officii mei Apostolici, vitam, et finem meum tibi committo, ut per tuam efficacissimam intercessionem, et per tua merita omnia mea dirigantur, et disponantur juxta secundum tuam, tuique filii voluntatem. Amen.

Actiones nostras quæsumus Domine, auxiliando preveni, et adjuvando prosequere, ut cuncta nostra Oratio, operatio, atq. ministerio à te semper incipiat, et per te optime finiatur: per Christum Dominum nostrum. Amen.